

Ad Gellium

1. l. XVII 2, 14: 'Adprime crebrius, set *cumprime* rarius tractumque ex eo est, quod *cumprimis* dicebant pro quod est *inprimis*.' Mihi aut cum codice X, vetusto ac bonae notae libro, 'pro eo, quod est *inprimis*' scribendum videtur, quoniam in eiusmodi enuntiato, si quid video, pronomen demonstrativum non licet omitti, aut simpliciter 'pro (quod est) *inprimis*'. Quamquam de hoc quoque dubitatio restat, num cui iuste praeponatur, praepositio on .ino possit carere.

2. *ibid.* § 23: 'Miserrimas, inquit, vias exegerunt, et: hic nimus in otis, inquit, consumptus est. Elegantia utrobique ex *multitudine* numeri quaesita est.' Immo 'ex *multitudinis* numero', quod dicendum esse et per se patet et comparatis libri XIX 8 paragraphis 3 (quod harena numquam multitudinis numero appellanda sit), 11 (quadrigae semper, etsi multiugae non sunt, multitudinis tamen numero tenentur), 13 (mel et vinum atque id genus alia numerum multitudinis capiunt) etc. elucebit. Nam aliter comparatum est, quod XIX 8, 12 legitur: 'tamquam id vocabulum (harena) indigeat numeri *amplitudine*.'

3. l. XIX 8, 12: 'nam cum *harena* singulari *in* numero dicta multitudinem tamen et copiam significet.' Hic cum Parisino Q *in* potius omittendum quam aliorum dittographiam, quae videtur, retinendam esse, et ratio grammatica et constans alibi usus docet. Conferas velim § 4 (plurativo semper numero dicendas), § 5 (quin singulo semper numero dicenda sint), § 13 (nonnumquam singulari numero appellaverunt), § 17 (numero singulari dictum). An his quoque locis *in* praepositionem obtrudendam esse putamus?

4. In eadem autem paragrapho cum Madvigio 'eandemque rationem *habet arena*' pro eo quod est 'habendam' scribendum videtur. Nam quod Hertzius proposuit '*habendam harenae*', nec sententiae satisfacit nec formae, quoniam neque obliquae orationi locus est nec locutioni 'rationem habere alicuius rei'. Eidemque viro doctissimo adstipulamur postulanti 'cum ei (vocabulo harenae) singulariter *dicto* [in libris scriptum est *dici*] ingenita sit naturalis sui multitudo'. Ceterum aut magnopere fallor, aut aliud idque gravius in his vitium inesse dicendum est. Quid enim sibi vult '*sui*'? Ut breviter dicam, quod sentio, hanc formam ortam esse puto ex *sua* et supra addito *vi* vocabulo, quod falso pro correctura *ua* litterarum habebatur, adiectivo autem *naturalis* ultimam litteram adimendam esse, ut haec iam sententia evadat: 'cum ei singulariter *dicto* ingenita sit *naturali sua vi* multitudo id est: harena multitudinis notionem suapte natura accepit.

5. *ibid.* § 18: '*Harcnas* autem πληθυντικῶς dictas minore studio quaerimus, quia praeter C. Caesarem, quod equidem meminimus, nemo *id* doctorum hominum *dedidit*.' Haec uti scripta sunt, recte intellegi nequeunt, neque vero Gronovianum *edidit* sententiae satisfacit. Equidem comparatis eis, quae in § 6 leguntur: 'sed harenas parum latine dici, quis, oro te, alius aut scripsit aut dixit?' paulo audacius coniciam *vetuit* pro eo quod est

dedit. Ceterum harenas πληθυντικῶς dictas habes apud Horatium (C. III 4, 32) Vergilium (G. III 350) Ovidium (Met. XV 268) Plinium etc.

Fuldae.

Ed. Goebel.

Plangon

‘Πλαγγών, Erfinder der Salbe Πλαγγόνιον’ lesen wir in Ficks Griechischen Personennamen² S. 331, und auch Benseler hat im Wörterbuch der Eigennamen den schon von Pape mit Berufung auf Athenaeus XV S. 690 *e* eingereihten Männernamen Πλαγγών beibehalten, den ein ‘Arzt in Elis, Erfinder einer Salbe, welche nach ihm Πλαγγόνιον genannt wurde’, geführt haben soll. Der Name ‘Puppe’ ist für einen Mann ebenso auffällig, als er bei Frauen und Mädchen begreiflich und häufig ist, und einer Frau wird die Erfindung des Πλαγγόνιον auch sonst zugeschrieben, so in Photios Bibliothek S. 532^b 15 Bekker (Πλαγγόνιον ὅπερ εὔρε γυνή Ἡλεία καλουμένη Πλαγγών) und in den Scholien zu Clemens Alex. IV S. 124 Klotz (Πλαγγόνιον ἀπὸ Πλαγγόνος τῆς ἐφευρηκίας). Woher Benseler die Kunde geschöpft hat, dass einem Arzt in Elis das Πλαγγόνιον verdankt werde, weiss ich nicht; Athenaeus sagt einfach Πολέμων δ’ ἐν τοῖς πρὸς Ἀδαῖον παρὰ Ἡλείοις φησὶ μύρον τι Πλαγγόνιον καλεῖσθαι, εὔρεθῆν ὑπὸ τινος Πλαγγόνος. Darnach haben wir also keine Veranlassung, im Widerspruch zur sonstigen Ueberlieferung hier Πλαγγών für einen Mann zu halten, und das weibliche Geschlecht um die Ehre einer Erfindung ärmer, das Lexikon um einen unglaublichen Männernamen reicher zu machen.

Paul Wolters.

Finanznöthe und Kunstwerke in Knidos und anderwärts

Die bekannte Nachricht des Plinius (36, 21) über die knidische Aphrodite: ‘voluit eam a Cnidiis postea mercari rex Nicomedes, totum aes alienum quod erat ingens civitatis dissoluturum se promittens’, findet im allgemeinen ihre richtige Umgebung durch die immer reichlicher sich einfindenden Belege für die Finanznoth der griechischen Staaten in späterer Zeit¹, aber sie erhält angeblich auch im Besonderen werthvolle Bestätigung und Beleuchtung durch eine von Newton gefundene Inschrift², nach welcher, wie es heisst, die Stadt Knidos unverzinslich Gelder

¹ Vgl. C. Wachsmuth, Rhein. Museum 40, 1885, S. 283. E. Szanto, Wiener Studien 7, 1885, S. 232. 8, 1886, S. 1.

² Newton. Discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae II S. 689. Daresté, B. C. H. 4, 1880, S. 341. Ancient Greek inscriptions in the British Museum IV 1 Nr. 897 mit G. Hirschfelds Erläuterungen (Useners dort angeführte Bemerkung steht Rhein. Museum 29, 1874, S. 49).